



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XI. Quid frater quidam viderit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

## C A P X I.

*Quid frater quidam viderit.*

IN prædicto quoque loco frater e-  
rat laudabilis, cui amicus fidelissi-  
mus, pro cuius defuncti anima mul-  
tis inuigilauerat precibus, nocte qua-  
dam, astitit, eique familiari colloquio  
dixit: Frater mi, gratias tibi ago,  
quod hætenus etiam cum cæteri a-  
mici vel affines immemores essent  
mei, tu nostri memoriam nullate-  
nus omisisti. Et nunc adhortor, vt  
stabilis & immobilis in tuo persistas  
proposito, nec de ordine vestro, tan-  
quam alium potiozem inuenturus,  
fluctues animo, quia nimirum salu-  
briorem, animæque tuæ commo-  
diorem tibi demonstrare non va-  
leo. Nam & huc veni nuntiare tuæ ca-  
ritati, quod orationes confratrum  
tuorum quotidie recitantur super  
altare aureum, quod est ante oculos  
Domini. Hortor quoq; ne vnquam &

*Oratio  
pro de-  
functis*

*Apptat*

B 2 obe-

*bed:-**1118.**sal.**7.**1. Co-**1. m. cō-**criso.**2. Co-3**1. m. 3.**Ioan. 19.*

obedientiae subterfugas imperium. Nulla enim virtute, coram Deo, sublimius ac fructuosius consequeris meritum. Ait propheta, quod *lingua canum Dei sit ex inimicis ab ipso*. Conuersi enim ex inimicis Iudæis multi facti sunt, & hodie fiunt lingua canum, pro domo Domini contra inimicos latrantes. Et quasi quæres, unde tantum bonum, responderet, *ab ipso*, hoc est, à gratia eius, non à seipulis. Hoc diximus propter gratiam, quam operatus est Deus in fratrem in tempore nostro Hebræo, qui post multos errorum circuitus, Dei munere prauentus, cœpit ardenti desiderio fidem Christianam inquirere. Disputabat ergo cum Christianis, conferens de lege ac prophetis, cum cum dicerent ex verbis Apostoli, quod velamen maneret super cor eius, cogitabat, hoc non melius tolli, quam signaculo crucis: cœpit quæsi gnare se, occultè tamen *propter metum Iudæorum*; Et quia Iudæi signa pe-

*1118.*

tunt, ieiuniis & orationibus intentus  
 cœpit efflagitare signum à Domino,  
 quo posset aduertere, si Dei gratiam  
 percipere mereretur. Quod cum  
 obnixius ageret, ecce videt se CHRIS-  
 TI throno assistentem, & crucem  
 auream super humerum domini-  
 cum refulgentem, cernensque quos-  
 dam ex Iudæis prope astare. Nonne,  
 inquit, recognoscetis ipsum hunc  
 esse, de quo Isaias loquitur: *Et factus* *Isai. 9.*  
*est principatus super humerum eius?* Ta-  
 lique signo iam plenè conuersus sa-  
 ragebat aliquos etiam suorum de Iu-  
 daica liberare perfidia, & veniens  
 Mogontiam in domum cognatorum, *lib. 5<sup>m</sup>*  
 germanum suum admodum paru- *ru<sup>m</sup> Mo-*  
 lum manu apprehensum de medio *gunt.*  
 Iudæorum callidè foras ciuitatem *Arch.*  
 tentabat educere. Sed operante ma- *25 pag.*  
 ligno per plateas gyrando vna cum *813.*  
 puero cœpit errare, ita vt portam  
 quam egrederetur, inuenire non  
 posset. Cumq; nimis in ambulando  
 gyrouagus vexaretur, intelligēs de-

B 3 mum

## 22 GODEFRIDI COMITIS

num ex maligno hūc fieri errorem, crucis vexillo frontem armavit, & innox apertis oculis portam inueniens lætabundus aufugit. Sicque secum erepto puero in breui de hinc baptismi gratiam percepit cum illo, ac prosequente cœlesti dono, simul cum eodem non longe post, nostræ militiæ societari adunatus est. Sed hæc hæctenus. iam deinceps ad beatum Comitem reflectamus articulum, & qualiter serpens antiquus virtutes eius videns & inuidens per satellites suos, illi obuiare tentauerit, iam nunc adducamus in medium.

### C A P. XII.

#### *De persecutione Friderici.*

*mes*  
*ref-*  
*rgius.* **V**bi primum sancti viri religiositas innotuit, *Fridericus Comes* prophanus & Antichristianus, potius quam Christianus, avaritiæ facibus accensus infremuit, fallaciæ commenta exquisiuit dicens filiam suam arte